

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

7. Vtrum vna persona possit assumere duas naturas numero.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

In eodem art. in calce corporis circa auctoritatem Anselmi aduertere, qd Durand. in 3. l. p. dist. i. q. 3. latenter arguit auctoře quāsi exponentem per ly vnum eundemque hominem, personam humanam, dicens contra hanc expositionem. Ante lumen concedit quād vna persona assumptis hominem, & negat plures personas posse al-

fūmēre vñ hoīem: qd tres personē sunt unus Deus propter unam diuinam naturā, sicuterū elset dicere, quōd elsent unus homo propter unam naturam humanam. Necly unimportaret unitatem personē, sed unitatem ī natura humana. Nō n. posset argui ex hoc, quōd tres pionē sunt unus homo, qd elsent unus simpliciter: nihil. n. prohibet dicere, quōd hoīes, qd sunt plures simpliciter, sunt un quantum ad aliquid, pta, unus populus. Et sicut Aug. * dicit 6. de Trin. diuersum est natura spiritus Dei & spiritus hominis, sed inherendo fit unus spiritus, secundum illud 1. Corint. 6. Qui adhæret Deo, unus spiritus est.

AD SECUNDVM dicendum, qd illa positione facta, humana natura elset assumpta in unitate, non unius personē, sed in unitatem singularium personarū, ita: s. quōd sicut diuina natura habet naturalem unitatem cū singulis personis, ita natura humana habet unitatem cū singulis per sonis, ita natura humana trahit ad infinitum substantias in natura humana, quod conilit: esse suppositum: nullus enim vnu homo inuenitur in natura humana assumpta, nisi filius Dei.

¶ In eodem 6. art. in r̄sōne ad primum aduerte diligenter verba auctoris, dum hac positione facta dicit, qd tres personae elsent vnu homo, & tamen nō propriae essent vnu homo simpliciter. Dixit enim hæc ambo p. differentiam, qd esset inter vnum Deum, & vnu hominem in tribus personis, qm̄ tres personae fūtunt vnu Deus, quod fūt vnu numero Deus, & est ibi vere vnu: eus simpliciter: sed tres pionē sic essent vnu homo, & non essent vnu: vnu homo: quia nullus esset ibi vnu numero homo communis Patri & Filio & Spiritui sancto: sicut esset vnu numero Deus communis Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Et similiter non esset ibi vnu homo simpliciter: quia non esset homo vnu in naturam & personam, quam unitatem importat vnu homo simpliciter: sed essent tres homines numero in vna natura humana: quia essent plures personae humanae secundum vnam naturam humanam: sed quoniam hoc ad vocabula spectat, parui refert, si scitur quid esset in re, qualitercumque exprimeretur.

Super Questionis 3. Articulum septimum.

¶ In titulo art. 7. aduerte, qd ista quæstiones, quæ hic mouentur de possibili, non ideo mouentur, ut discutatur Dei potestia: sed ut exinde mysterium incarnationis facta magis innotescat. Manifestatur siquidem ex his, quæ dicuntur has gōnes, dicuntur, qualis, quantus &c. est per le primo terminus

incarnationis, s. persona verbi, & qualis est huiusmodi, vnu ex respectu ad alias pionas, & naturas magis, ac magis explicat. ¶ In corpore articuli vna est conclusio responsum quæstio affirmativa. Persona diuina præter naturam quam assumpsit, potest aliam numero naturam assumere. Vbi antequam affiratur probatio, nota quod quia assumere principium & terminum al sumptionis importat, ideo conclusio probatur primo ex parte principij, s. potentiae diuinae in diuina pio na: secundo ex parte termini, s. personalitatis diuinae. Vnde quod ad primi probat sic. Quid potest in vnum, & no in amplius, habet potentiam limitata ad vnu: sed potentia diuina personalis est infinita, nec limitabilis ad aliquid creatum. ergo. Quod ad secundum probatur sic. Si no posset assumere aliam naturam, sequeret qd personalitas diuina natura esset ita comprehensa per vnam naturam, qd ad eius personalitatem alia assumi non posset, sed hoc est impossibile, quia a creato comprehendendi non potest, ergo.

¶ Circa tamen propositionem, Quid potest in vnum, & non in amplius, habet potentiam limitata ad vnu: ar. 5. aduerte, quod est intelligenda, fore aliter. in quaenam est ex parte potest, in vnu: & non in amplius; & non in amplius: nam si aliquide proueniret, quod posset in vnum & non in amplius, p. modo agendi, quia agit per modum naturæ, quæ est determinata ad vnum, non argueret limitationem potest: sed si ex ipsa potentia est, quod posset in vnum tantum, limitationem in illa arguit: quoniam potentia, vt potentia, extendit ad possibile, quod non comprehendit unitate, ita quod excludat multitudinem. Vnde in art. vlt. 9. q. 1. in 1. par. dictum est, quod non ex potestate patris est, quod vnu tamum filius genitus & generabilis in diuinitate. Et quia haec proposicio procedit ex parte potentiae, ideo simpliciter & abolitè assumpta est, proposicio illa.

¶ Circa probationem ex parte termini, nota diligentissime, auctorem habere pro inconvenienti ac impossibili, personalam diuinam, s. terminum comprehendendi à natura creata. Hoc. n. nihil aliud est dicere, quam docere (quod iam prælibauimus r̄sōne Scoti) hoc qd persona diuina non solum est infinita in esendo & causando ratione naturæ diuinae, sed est infinita in terminando ratione sua personalitatis. incomprehensibilitas. Quod invenitur personæ, vt termini à natura creata, vt assumpta nihil aliud significat quam infinitatem in terminando in create persona. Et vt excelia Dei balbutiendo, vt possumus, respondemus, dicendum est, qd infinita diuina, vt est natura seu naturalis, constituit infinitum ens & infinitam causam: ut autem est persona seu personalis, constituit infinitam personali: vt sic, quod claudit in finitam in terminando. Et ideo potest quilibet diuina persona subfittere nō solum in pluribus naturis, s. naturali, & assumpta: sed etiam in pluribus assumptis, & eadem ratione in infinitis, si infinita inveniretur final.

¶ In responsum ad primum perspicere, quod consistit in hoc, quod natura substancialiter creata multiplicatur multiplicato supposito constituit per ipsam non autem multiplicato supposito non constituit per ipsam, vt patet in litera. ¶ In responsum ad secundum obiectio Scoti, 3. sen. dist. 1. q. 3. occurrunt dicentes contra hoc, quod loqueretur quod possemus dicere,

Ar. præced.
& ar. 2. ad huius
q. & q. 2. ar.
2. & 3.

Dicere, quod plures personæ sunt plures dicitur. Probatur: Secundum hoc tale concordia, quæ habet unitatem, vel pluralitatem ex unitate vel pluralitate suppositi.

¶ Ad hoc dicitur, quod in litera non dicitur affirmari multiplicari concordem multiplicatio supposito, ut argueretur forte accipitur sed ponitur vniuersaliter regulæ negationis, id. non quæ nomen ab aliqua forma impositum pluraliter dicitur, nisi propter pluralitatē suppositorum oportet.

¶ 2 Præterea. Hac suppositione facta, non posset dici, quod persona diuina incarnata esset unus homo:

quia non haberet unam naturam humanam. Similiter non posset dici, quod esset plures: quia plures homines sunt supposito distincti, & ibi esset tantum unum suppositum, ergo prædicta positione est omnino impossibilis.

¶ 3 Præterea. Incarnationis mysterio tota natura diuina est unita toti naturæ assumptæ, i.e. cuilibet parti eius: est. n. Christus perfectus Deus & perfectus homo, totus Deus & totus homo, ut Dam. dicit in 3. lib. sed duæ humanæ nature non possent totaliter sibi in unitate vniuersitatis: quia oportet quod anima unitus esset unita corpori alterius, & quod etiam duo corpora essent simul, quod confusionem induceret naturarum. Non ergo est possibile, quod una persona diuina duas humanas naturas assumat.

Sed CONTRA est, quod quicquid potest pater, potest filius: sed pater potest incarnationem filij, potest assumere naturam humanam aliam numero ab ea, quam filius assumpsit: in nullo enim per incarnationem filii est diminuta potentia patris, quod filij ergo uidetur quod filius post incarnationem possit aliam humanam naturam assumere præter eam, quam assumpsit.

RESPON. Dicendum, quod illud quod potest in unum, & non in amplius, habet potentiam limitatam ad unum: potentia autem diuina personæ est infinita, nec potest limitari ad aliquid creatum. Vnde non est dicendum, quod persona diuina ita assumperit unam naturam humanam, quod non potuerit assumere aliam. Videretur enim ex hoc sequi, quod personalitas diuina naturæ esset ita comprehensiva per unam naturam humanam, & ad eius personalitatem alia assumpta non possit: quod est impossibile: non enim increatum a creato comprehendendi potest. Pa-

F tet ergo quod siue consideremus personam diuinam secundum uitutem, quæ est principium unionis, siue secundum suam personalitatem, quæ est terminus unionis, oportet dicere, quod persona diuina preter naturam humanam, quæ assumpsit, possit aliam numero naturam humanam assumere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod natura creata pericitur in sua ratione per formam, quæ multiplicatur secundum diuisionem materiae: & ideo si compositione materiae & formæ constituit nouum suppositum, consequens est, quod natura multiplicetur secundum multiplicationem suppositorum: sed in mysterio incarnationis vno formæ & materie, id est, animæ & corporis, non constituit nouum suppositum, ut supra dictum est: & ideo posset esse multitudo secundum numerum ex parte naturæ propter diuisionem materialiæ absque distinctione suppositorum.

AD SECUNDVM dicendum, quod posset videtur dicendum, quod prædicta positione facta sequeretur, quod essent duo homines, propter duas naturas, aliqui hoc, quod essent ibi duo supposita: sicut econtra tres personæ dicentur unus homo, propter unam naturam assumptam, ut supra dictum est: * sed hoc non uidetur esse uerum: quia nominibus est utendum secundum quod sunt ad significandum imposita, quod quidem est ex consideratione eorum, quæ apud nos sunt: & ideo oportet circa modum significandi & significandi considerare ea, quæ apud nos sunt, in quibus nunquam nomen ab aliqua forma impositum pluraliter dicitur, nisi propter pluralitatem suppositorum. Homo enim, qui est duobus uestimentis induitus, non dicitur duo uestiti, sed unus uestitus duobus uestimentis: & qui habet duas qualitates, dicitur singulariter aliquis secundum duas qualitates.

Natura autem assumpta quantum ad aliquid, se habet per modum umenti, licet non sit similitudo, quantum ad omnia, ut supra dictum est: * & ideo si persona diuina assumeret duas naturas humanas, propter unitatem suppositi, dicetur unus homo, habens duas naturas humanas. Contingit autem, quod plures homines dicuntur vnius populus, propter hoc quod conuenient in aliquo uno: non autem propter unitatem suppositi. Et similiter si duæ personæ diuinae assumerent unam numero humanam naturam, dicerentur unus homo, ut supra dictum est, * non unitate suppositi, sed inquantum conuenient in aliquo uno.

AD TERTIVM dicendum, quod diuina & humana natura non eodem ordine se habent ad unam personam diuinam, sed per prius comparatur ad ipsam diuinam naturam, utpote quæ est unum cum ea ab æterno: sed natura humana comparatur ad personam diuinam per posterius, ut-

dico & naturæ assun-

pit & cuiuslibet eius

parti, ut patet ex au-

ctoritate Dam. Et hinc

fit, quod una humanæ

non effervescit alteri,

ita quod nec ipsi naturæ

potest affumptra præce-

dens vñiretur, nec ali-

cui eius parti, sed per

accidentem coincideret

in una personam,

inter se distinetur erat

loco. Et ex hoc le-

queretur, quod non est

cōcio cōuenientium

illi persona em vñā

naturam affumptam

cum cōuenientibus

sibi em aliam affump-

tam, immo posset

similiter mori em vñā,

& vivere em aliam.

Eisti v.g. em primam

naturam voca eur

Christus, & secundum

vocare Ioannes, mortuo Chri-

sto non posset dici:

mortuus Ioannes, sed

bene dicetur mortuus

Deus & Dei filius;

& sic de similibus.

In f. q. 3.
2. ad 3.
d. 1. q. 2.
g. 4. c.
39. fin.

Ar. p.

ad 1.

q. 1. art.
ad 1.

q. 1. art.

ad 1.

D. 24.

q. 1. art.

ad 1.

D. 35.

q. 1. art.

ad 1.

Lib. 3.

Liber 3. Orth.
f. 6. 7.

ar. 3. q. 39. 1. par. pa-

ter. Et propter ea licet

vnitas inpositi, opti-

me inferat singulari-

tatem concrætæ sub-

stantiæ (quæ est ly-

homo) non in multi-

tudo suppositorum in-

ferto pluralitate est

substantiæ. Et pro-

priore non sequitur,

ergo tres plures sunt

dij: nec, ergo tres p-

ersonæ homines in ca-

su præcedens articu-

li, vt in hac etiam li-

tera dicitur: & tamen be-

ne sequitur in cau-

lum articuli. Ergo verbum

Dei non est hoīes, sed vñā homo.

¶ In risione ad ter-

tium peripice rōnē,

quare præfensus articu-

li positione facta,

hac humana natura

præassumpta non al-

sumere aliam natu-

rā humanam, quod post

assumeretur scilicet qua-

tamen concurreret,

in eandem numero

personalitatē, & na-

tura diuina afflum-

erit quācumque nau-

ram humanam, quod

vñiretur personaliter

verbō Dei. Ratio in

quam est, quia filius

Dei est tua deitas, nō

aut est tua humanità

: hinc enim sit, ut

cūcumque personaliter

vñirent filii Dei

per se primo, eadem

secundario vñatur.

pote assumpta ex tempore adiuina persona, nō qui dem ad hoc, q̄ natura sit ipsa persona; sed q̄ persona in natura subsistat. filius enim Dei est sua deitas, sed non est sua humanitas: & ideo ad hoc, q̄ natura humana assumatur adiuina persona, requiritur, q̄ divina natura in unione personali uniatur toti natura assumptae, id est, secundum omnes partes eius: sed duarum naturarum assumptatum esset uniformis habitudo ad personam diuinam, nec una assumetur aliam. Vnde non oportet, q̄ una earum totaliter alteri uniretur, id est, omnes partes unius omnibus partibus alterius.

¶ Super Questionis tertie Articulum oðnum.

A RTICVLVS VIII.
Utrum fuerit magis conueniens, q̄ persona filii assumere humanam natu ram, quam alia persona diuina;

A D OCTAVVM sic proceditur.
Videretur, q̄ nō fuerit magis conueniens filium Dei incarnari, q̄ Patrem, vel Spiritum sanctum. Per mysterium enim incarnationis, homines ad ueram Dei cognitionem sunt perduiti, secundum illud Ioan. i. 8. In hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testim. perhi. ueritati: sed ex hoc, quod persona filii Dei est incarnata, multi impediti fuerunt a uera Dei cognitione, ea quae dicuntur de filio secundum humanam naturam referentes ad ipsam filii personam: sicut Arius, qui posuit inequalitatem personarū propter hoc, q̄ dicitur Ioan. 14. Pater maior me est, qui quidem error non prouenisset, si persona patris incarnata fuisset: nullus enim est nisi patrem filio minorem. Magis ergo uidetur fusse conueniens, quod persona patris in carnare, quam persona filii.

D

T 2 Præt. Incarnationis effectus vñ esse recreatio quedā humanae nature, secundum illud Gal. vlt. In Christo Iesu neque circuncisio aliquid ualeat, nec preputium, sed noua creatura: sed potentia creandi appropriatur Patri. ergo magis decuisset patrem incarnari, quam filium.

T 3 Præt. Incarnationis ordinatur ad remissionē peccatorū, secundum illud Mat. 1. Vocabis nomē eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Remissio autem peccatorū attribuitur Spiritui sancto, secundum illud Ioan. 20. Accipite Spiritum sanctum quorum remis. pec. re. eis. ergo magis congruebat personam Spiritus sancti incarnari, quam personam filii.

SED CONTRA est, q̄ Damas. dicit in 3, lib.* In mysterio incarnationis manifestata est sapientia & uirtus Dei, sapientia quidē, quia inuenit difficultimi solutio-

A nem pretij, quam decentissimā: uirtus autem, quia uitium fecit rursus uitorem: sed uirtus & sapientia appropriantur filio, secundum illud. 1. Cor. 1. Christū Dei uirtutem & Dei sapientiam, ergo conueniens fuit personam filii incarnari.

R ESPON. Dicendum, q̄ conuenientissimum fuit, personam filii incarnari: primo quidem, ex parte unionis. Conuenienter, n. ea, quæ sunt similia, uniuersit: ipsius autem personæ filii, qui est uerbum Dei, atcedit uno qui dem modo cōsūnentia ad totam creaturam: quia uerbum artificis, i. conceptus eius est similitudo exemplaris eoru, quæ ab artifice fiunt. Vnde uerbum Dei, quod est eternus cōceptus eius, est similitudo exemplaris totius creaturæ: & idco sicut per participationem huius similitudinis creature sunt in propriis speciebus institute, sed mobiliter, ita per unionem uerbi ad creaturam, non participatam, sed personalem, conueniens fuit reparari creaturam in ordine ad eternam, & immobilem perfectionem. Nam & artifex per formam artis conceperat, qua artificiū cōdit, ipsum si collapsum fuerit, te staurat. Alio mō, hēt conuenientiam specialiter cū humana natura, ex eo q̄ uerbum est conceptus eternæ sapientiæ, a qua omnis sapientia hominum deriuatur. Et ideo per hoc homo in sapientia perficitur, que est propria eius perfectio, prout est rationalis, quod participat uerbum Dei: sicut discipulus instruitur per hoc, quod recipit uerbum magistri: vnde Eccl. 1. dicitur, Fons sapientia uerbum Dei in excelsis: & ideo ad consummatam hominis perfectionem conueniens fuit, ut ipsum uerbum Dei humanae nature personaliter uniretur. Secundo, potest accipi ratio huius congruentiae ex fine unionis, qui est implatio predestinationis eorum, s. qui preordinati sunt ad hereditatem celestem, que nō debetur nisi filii eius, secundum illud Ro. 8. Si filii, & hærcedes: & ideo congruum fuit, ut per eum, qui est filius naturalis, homines participant similitudinem huius filiationis, secundum adoptionem, sicut Apost. ibidem dicit, Quos præscivit, & predest. confort. fieri, i. m. s. f. sui. Tertio, potest accipi ratio huius cōgruentiae ex peccato primi parentis, cui per incarnationem remedium adhibetur. Peccauerat n. primus homo, appetendo scientiā, ut patet ex uerbis serpentis p̄mittētis hoī scientiam boni & mali. Vnde conueniens fuit, ut per uerbum uere sapientiæ homo reduceretur in Deum, qui p̄ inordinatum appetitum scientia recesserat a Deo.

A D PRIMVM ergo dicendū, q̄ nihil est, quo humana malitia non possit abuti, quando etiam ipsa Dei bonitate abutitur, secundum illud Ro. 2. An diuitias bonitatis eius contemnit? Vnde etiam si persona patris fuisset incarnata, potuisset ex hoc homo aliquius erroris occasionē sumere, quasi filius sufficeret non potuisset ad humanam naturam repandam.

Tertia S. Thomæ. D. **¶ Super**